Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



me testes iniqui
& mentita est iniquitas sibi ⁊
Credo uidere bona
dni in terra uiuentium ⁊
Expecta dnm uiriliter age & confortetur cor tuum & sustine dnm ⁊
Ps. DAUID ⁊ Orat dns xps per id quod homo est ut ei exaudiatur oratio agitq. gratias qm exauditus est rogans ut sicut ipse susceptus est potestate diuinitatis sue ita sal uus fiat populus eius nomini credentium ⁊
AD TE DNE clamabo ds meus ne sile as a me nequando taceas a me & assimilabor descendentib. in lacum ⁊
Ex audi dne uocem deprecationis mee

Vox ecclesiae credit se uidere bona id est accipere per fidem heredi tatem regni caelorum in qua sci cum xpo regnant ⁊

David sicut diximus interpretatur manu fortis & significat saluatorem qui fortis utique manu quia prostrauit principem tenebrarum ⁊ Notandum igitur hunc psalmum tertium esse horum qui passionem & resurrectionem dominicam sub breuitate commemorant ⁊

Orauit xps in cruce pro toto mundo extulit manus id est extendit eas in cruce Ad templum scm hoc est ut templum patri pruepararet id est corpus ecclesiae ⁊ Non est ergo absurdum templum accipi caelum quo dni sedes esse diuina lectione monstratur ⁊

Expecta dnm scilicet qui promittendo non fallit qui prestando non imputat nec improperat ⁊ Uiriliter non solum uiris sed et feminis est mandatum agere ⁊ Confortetur cor ne tedio fatigante desperes Sustines quod pateris non lassescas neque discedas ⁊

Xps dns clamat ad patrem tempore passionis ne ab ipso sileat Hoc est ne petenti non adiuuet sed magis respondeat ac si dixisset ⁊ si silueris ero similis perentibus ⁊ si tuces non cognosceris ⁊ Lacus enim significat hoc saeculum ⁊ Rogat humanitas uerbi ne similis esset ceteris hominibus quia & si communem conditionem carnis assumpsit excellentiam tamen omnium creaturarum promeruit ⁊